



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 53. Nankimensis Episcopus in hujus Constitutionis observantiam jurare  
jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII.

A. C. 1742

„Datum Romæ apud sanctam Ma-  
riam Majorem, quinto Idus Julii, An-  
no Incarnationis Dominicæ millesimo  
„septingentesimo quadragesimo secun-  
do, Pontificatus Nostri Anno II.

§. LIII.

*Nankimensis Episcopus in hujus Con-  
stitutionis observantiam jurare  
jussus.*

Obierat in Sinensium Imperio Ema-  
nuel a Jesu Maria Nankimensis Duce-  
cesis Episcopus; viduatæ huic Ecclesie  
Benedictus XIV. Papa in Pastorem ob-  
præclara ejus merita suffecit P. Franci-  
scum de sancta Rosa Viterbiens; cui  
tamen die tertia Decembris serio injur-  
xit, ut de fideliter, integre & inviola-  
biliter observandis Clementis XI. & Be-  
nedicti XIV. Constitutionibus circa Si-  
nenses Ritus editis, priusquam conse-  
crationis munus susciperet, juramen-  
tum præstet, illudque suo chirographo  
ac sigillo munitum vel saltem authenti-  
cum illius exemplum Romam ad sum-  
mum Pontificem quantocius trans-  
mittat. Hujus autem juramenti for-  
mula erat hæc: *Ego Franciscus de san-  
cta Rosa de Viterbio Electus de Namio,  
præcepto, & mandato super Ritibus, &  
ceremoniis Sinensibus in Constitutione præ-*



mem. Clementis Papæ XI. die XIX. Martii MDCCXV. hac de re edita, qua præsentis juramenti formula præscripta est, contento, ac mihi per integram ejusdem Constitutionis lecturam apprime noto, plene, ac fideliter parebo, illudque exacte, absolute, & inviolabiliter observabo, & absque ulla tergiversatione adimplebo, atque pro virili enitar, ut a meis subditis, aliisque, quorum cura ad me in munere meo spectabit, quantum in me erit, similiter observari & adimpleri curabo: Ac insuper, quantum in me est, nunquam patiar, ut Ritus, & Ceremonie Sinenses, in literis Pastoralibus Patriarchæ Alexandrini Macai datis die IV. Novembris MDCCXXI. permissæ, ac a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIV. damnatæ, ab eisdem subditis ad praxim deducantur; si autem (quod Deus avertat) quoquomodo contravenerim, toties, quoties id evenerit, pœnis per præfatas Constitutiones impositis me subjectum agnosco, & declaro. Ita tactis sacrosanctis Evangeliiis promitto, voveo, & juro; sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. Ego Franciscus de sancta Rosa, de Viterbio Electus de Nankim manu propria.

Sæc. XVIII.

A. C. 1742.

Hoc idem juramentum non modo  
Neo-electus hic Episcopus in sua Ecclesia



Sæc. XVII. A. C. 1742. *fia præstitit, sed & omnes Missionari  
in Sinensi Imperio degentes jamjam e-  
miserant; qua autem obsequii fide-  
tate a quibusdam, infra ex querelis ejus-  
dem summi Pontificis patebit,*

## §. LIV.

*Electio & consecratio Harlemi  
Pseudo-Episcopi a summo Ponti-  
fice irritata ac dam-  
nata.*

Jam anno Christi millesimo quingente-  
simo quinquagesimo nono Paulus IV.  
ad impensas Philippi II. Hispaniarum  
Regis preces Harlemi in Hollandiæ Co-  
mitatu Episcopalem sedem erexit, at  
mutato ibidem domino & ferme extin-  
cto fidei Catholicæ lumine pariter hic  
Episcopatus unacum Ecclesia Cate-  
drali & Canonicis abolutus fuit, nec  
unquam legitima supremi Pastoris in  
terris auctoritate rescuscitatus. Hoc  
tamen anno Petrus Joannes Meindart  
Spurius Ultrajectensis Archiepiscopus  
nuperrime suspensus atque anathema  
perculsus, ut Suffraganeum haberet  
velut postliminio hunc Episcopatum re-  
duxit, ac per putatitios Canonicos seu  
Hieronymum de Bock in Harlemensem  
Episcopum eligi curavit. Eo comperto  
Benedictus XIV. justo Zelo in præbe-  
tum